Conchen.

Beatif. et Can. Ven. Servæ Dei Sororis Annæ à S.to Aug.no Monialis Professæ Ord. Carmelit. Excalceatarum Hispaniæ, et Sociæ S. Theresiæ.

Super Dubio

An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Charitate in Deum, et Proximum; necnon de Cardinalibus Prudentia Justitia, Fortitudine, et Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico in casu, et ad effectum, de quo agitur.

Admirabili divinæ Providentiæ consilio non modo in feminis, quæ pro Christiana Religione a Tyrannis per Carnifices necari meruerunt, sed in illis etiam, quæ perfecta sui, rerumque omnium abdicatione vivas Hostias in odorem suavitatis sese immolarunt, maxime animi fortitudo, atque præstantia elucet. Hoc pacto nimirum et Omnipotentis Dei gratiæ virtus per ea, quæ ignobilia, atque infirma sunt

Mun=

Arch. S.C. pro Causis Sanctorum
Reg. Decr. Serv. Dei, 1775-1778, ff. ~~352-354~~.
166v - 168.

Mundi splendidissime apparet, et Catholicæ Ecclæ, in qua unica salutis spes est, Sancti:tudo, et veritas evidentissimis argumen:tis confirmatur. Atque in hoc profecto il:lustrium, ac fortium Fæminarum numero col:locandam esse Ven. Servam Dei Annam à Sto Augno, quæ sub disciplina Seraphicæ Virginis Theresiæ Carmelitani Ordinis lumen, et or:namentum, strenuam Evangelicæ perfectio:ni navavit operam. Fuit enim Virgo sa:piens, quam Dominus in multa patientia, in tribulationibus, in laboribus, in castita:te, in scientia, in spiritu Sancto semper vi:gilantem invenit, quæ sumpto oleo divi:ni amoris, eoque refertam lampadem suam usq. ad Cælestis Sponsi occursum inextinctam gestavit, omnem virtutem meritis, omnium Charismatum donis prælucentem.

Ne igitur tam præclara Virgo debita corona in Ecclesia fraudaretur, de illius gestis fuit examen institutum primum in An:tepræparatoriis Comitiis 9. Aprilis 1771, quod

deinde

deinde in Aplica Palatio Quirinali in Preparatorijs restaurata 13. Julii 1773. absolutum tandem fuit in Genli Congne coram Ssmo Dno Nro Pio Papa VI. habita die 3. Septembris currentis anni 1776, in qua etsi Rmi Cardinales, ac Consultores eximias Virginis unanimi omnium consensu comprobarent Virtutes, tamen Probationes quibus Causa communiter nequaquam directas, et plenas existimantes, fuere inventae: Ita constare de Virtutibus Theologalibus, et Cardinalibus Servae Dei, ut possit deveniri ad discussionem trium Miraculorum. At Sanctitas Sua animi sui sensum aperire noluit, nisi divinam Opem, Orationibus precibusque antea exposceret.

Hac vero die, qua Ssmi Nominis Btae Virginis Mariae ab Eccla commemoratio celebratur, re divina summa Religione peracta, Divinoque iterum implorato auxilio, accersitis coram se Rmis Cardinalibus Andrea Negroni Causae Relatore, ac Mario

Mare=

Marefusco Sac. Rit. Congni. Praefto., necnon
R. P. Domco. de Sto. Petro Fidei Promre., meque
infrascripto Secrio. declaravit, ac decrevit =
Ita Constare de Virtutibus Ven. Ser. Dei Anne
ne a S. Augno. in gradu heroico, ut procedi
possit ad ulteriora, nempe ad discussio=
nem trium Miraculorum.
Quod solemne decretum ipsme publicari
in acta d. Congnis. Sac. Rituum referri man=
davit. Hac die 15. Septembris 1726